C In xp̄ ofuerit tria q̄ hoīem defendit ne erret i via pedū. i. ferra mētoꝝ. impressio: crucis erectio: & spinaꝝ siue plātarū reflexio. Xp̄s igit̄ fuit via Jo. xiiij. Ego sum via & v̄itas. In ista via fuit impressio vulner̄. fuit crucis erectio. i. crucis baiulatio. Jo. xviij. Bānlans sibi crucē. fuit spinap̄ & plātarum reflexio. i. de spinis coronatio. Impressio igit̄ ferramentoriſi. i. vulnerū docet nos ad currēdūp istāriam patiēter aspiciēdo. s. q̄ ip̄e fuit actor & p̄summat̄or vulnerū. heb. xlj. Deponētes oē pōd̄ et circūstās nos p̄ct̄m p̄ patiētiā currām̄ ad p̄positum nobis certamē: aspiciētes in actorē fidei et p̄summat̄orē iesū. Inspectio crucis d̄z nos inducere ad eīdū i via mandato rūdeivalde gaudēter. vñsubdit ap̄ls. Qui p̄posito sibi goudia sustinuit̄ cruce m̄l confusionē cōtēpta. Inspectio corone spinee d̄z nos inducere ad eū dum perseueranter & infatigabiliter. Judei eīm cōtradixerunt eum regem esse Joh. xix. Non habemus regem nisi cesarē. Et ideo in signum derisio ni coronam spineā sibi imposuerūt. Ista igit̄ contradic̄io & derisio iesu xp̄i d̄z nos inducere ne deficiam̄ i via per aduersa aliqua. Unde subdit apostolus. Recogitate eum qui tales sustinuit aduersus semetipsum a peccatoribus contradictionem vt non fati gemini animis yestris deficientes. vñ

dicit glo. Aug. omnia bona terrena cōte imp̄lit xp̄s vt i illis nō querat felicitas: & oīa mala terrena sustinuit: vt i illis nō timere k̄ infelicitas. C Circa tertium notādū q̄ iudei fuerūt de natura noctue q̄ ad lucē excecat̄. Sic & ipsi cū debuissent illuminari fuerūt excecati. Uñ dixerunt. Tu de teipso testimoniuſ dicia: testimoniuſ tuum nō est verū. Xp̄s autē ostēdit eis q̄ te testimoniuſ p̄tis & suum est recipiēdū q̄ scriptū est i lege ipsoꝝ q̄ in ore duo rū vel triū testiū stat oē verbū. Verū est th̄ q̄ i cā pp̄ris nō accipit̄ testimoniuſ alicuius h̄z in cā aliena: q̄ hō p̄t fallere & falli. In deo autē nō sic: q̄ nec in cā sua nec in cā nostra potest falle re nec falli. Sicut eīm obscuritas facit nos errare circa res cognoscendas lux aut̄ nō potest errare nec circa se nec circa alia: q̄ i veritate se et alia mani festat. Sic & hō k̄ ūt i tenebris igno rante sepe p̄t fallere et falli. Deus autem c̄n̄ ūt lux nec falli neq; fallere p̄t. In hoc autē q̄ iudei dixerunt xp̄o testimoniuſ tuū nō est verū: imponēbāt ei mendaciū. Nā aliquā imponēbāt sibi mendaciū i ore. sicut hic. Aliq̄ p̄ct̄m i corde. Joh. xiiij. Nos sc̄imus q̄ hic hō p̄ct̄m ē. Aliq̄ transgressionē in opere. Ibidē. Nō est hic hō a deo q̄ sabbatū nō custodit̄. Magna resanā est imponere mendaciū veritati Jac. xvij. Sermo tuus iste. i. filius tuus ve ritas est. Imponere p̄ct̄m sanctitati. Danie. ix. Uocat̄ sc̄t̄ia sanctoꝝ im po nere transgressionem sabbatidom̄io. Xp̄s eīm inquātū de⁹ dñs erat sabbati. Mat. xij. Dñs est filius hominis ēt sabbati. Circa quartum notandum q̄ absentia veri luminis facit errare ho minem i iudicis ut dicat verba mas la esse bona ſ̄ba. vñ dicit. Uos sc̄dm carnē iudicatis. Illi eīm qui non ha bent lucē gr̄e & sapientie dicunt diuītias & delicias & honores esse ſ̄ba bona D Sed q̄ iſti errent p̄t. Diuitie eīm tpales nō sunt ſ̄be diuitie: qđ p̄t i morte et post mortem. Nā i morte deducit̄ hoīem ad denudationē & sum=

# Sabbato quarte ebdo. xl. Sermo. ii.

mā paupertatē Job. i. Nud⁹ egressus sum de vtero matris mee: nudus reuertar illuc. Idē. xvi. Vaccū consuī super cutē meam: et operui cilicio carnē meā. Mortui em⁹ sacco et cilicio inuolunt. post mortē vero deducūt ad extrema penuria: sicut p̄t̄z Lui. xvi. de illo diuite q̄ ad tātā deuenit penuriam q̄ nō potuit habere guttā aque. Similiter delicie carnales nō sunt vere delicie: qd̄ p̄t̄z in morte: et post mortem. Nā in morte corp⁹ in delicis nutritū deducūt ad veriū comeditionē. Job xxi. In puluere dormient: et vermes operiēt eos. post mortē deducūt aīaz ad tinea p̄z: et vermiū corrosionē. Esa. xiij. Detracta est ad inferos supbia tua. Cōcidit cadauer tuum subter testerne tinea: et operimētū tuū erunt vermes. Si l̄r honores inuidani nō sūt veri honores qd̄ p̄t̄z in morte et post mortē. Nā in morte deducūt ad suppeditationē: q̄ illi q̄ alios suppeditabāt: tādē in morte ab aliis suppedita bunt: qn̄. f. trāseunte s̄hoies et bestie et serpētes et vermes sup eorū oueā gradient. Eccl. x. Cū em̄ moriet hō: here ditabit serpētes et vermes et bestias: Post mortē vero deducūt ad laci infernaliſ pfunditatē Esa. xiij. Qui dicēbas in corde tuo in celum p̄scendā rc. ideo sequit. Verū ad infernū detraheris in profundum laci. Xps aut qui lucē diuine sapientie h̄z dat iudicium verū: et iudicat ista falsa ec̄: vñ postp̄ dicit. Vos scdm carnē indicatis: subdit. Ego non iudico quēq̄. f. scdm carnem: et si iudico ego: iudicium meum verū est ponit aut versū iudiciū de supradictis. f. de diuinitis et delitib⁹ et honoribus: cū dicit Mat. vi. Nolite thesaurizare robis thesauros i terravbi erugo et tinea demolitur: vbi fures ef fodunt. Non sunt em̄ vere diuitie q̄ ab erugine consumuntur. Non sunt vere et delitie: q̄ corpora delicate nutrita a tineis et vermibus comedunt. Nō sunt veri honores: q̄ hoies eratati in terra effodiuntur: et fures. i. demones oēm gloriam ipsoꝝ furantur.

Circa quintū notandum q̄ lux manfestat se et oīa alia: sic et xps manifestauit seipsum et patrē suum: vñ subdit. Ego iūz qui testimoniu perhibet de me qui misit me pater. Et cū iudei interrogasset vbi est pater tuus. respōdit Neq; me scitis: neq; patrem meū sciatis. Queverba exponit Aug. dicens. Qn̄ vides aliquē alicui simile quorū diana locutio est: si hūc vidisti illum etiā vidisti ppter suā similitudinem. Sic et xps dixit. Si me sciretis et patrē meū sciretis: nō q̄ pater sit filius: sed q̄ patri est similis filius. Deinde Aug. subdit. Hoc aut verbum forsitan videſ esse verbum dubitatiōis. Holes vero de rebus quas certas habet aliq̄ verbū dubitationis ponūt: velut si indigueris seruo tuo: et dicas contēnis me: considerans forsitan dñs tuus sum. Sic et dñs nō dubitādo increpat infideles: cū dicit. Forsitan et patrem meū sciretis. ¶ Notandum aut q̄ de patre nobis tria incognita erāt: sc̄ gl̄ia ei⁹: q̄ nullū ad suā gloriam recipiebat. Gratia ei⁹ q̄ nullū sibi reconciliabat. Veritas et sapientia eius: q̄ nulli viā eundi ad celum demonstrabat. Sed ista tria xps nobis manifestauit et secum portauit. De quibus dñ Johā. i. Quidimus gloriam ei⁹ gloriam quasi vnigeniti a patre: istud refertur ad primum. Plenum gratie: istud refertur ad secundū. Et veritatis: istud refertur ad tertium.

Lodē sabbato. iiiij. ebdo. Ser. ii.



**Go suz lux**  
mundi 3o. viij. scdm beata Aug. tāta est vnitatis capitū ad mēbra et mēbroꝝ ad caput q̄ aliquā caput assumit psonaz mēbroꝝ: iurta illō act. ix. Saule qd̄ me p̄seq̄ris. Aliq̄ mēbra noīant̄ ex pte capitū: iurta illud p̄s. Nolite tāgere xpoꝝ meos. Multo fortius tanta est vnitatis intermatrē: sc̄z beatā virginē et eius filium Jesum xpm q̄ istud qd̄ dñ de filio p̄t̄

# Sabbato. llii. ebdo. xl. Sermo. II.

matri cōuenire. Unde h̄bū ppositū. Ego sum lux mūdi: l̄ dictū sit de fūto: t̄ m̄ri cōuenire p̄t. A Est em̄ xps lux mūdi q̄ illuminat t̄ nō illuia tur. Est etiā m̄r lux mūdi: q̄ est lux p̄ quā mund⁹ illuminat. Qualit au re ip̄a sit lux mūdi. Salomō admirādo oñdit: dicēs Caf. vi. Que ē ista q̄ sscēdit seu p̄gredit⁹ quasi aurora cō surgēs: pulchra vt lūa: electa vt sol: terribilis vt castor⁹ acies ordinata Ecce qualiter est lux mundi. In mū do em̄ sunt quidā tribulati: quidam tētati: qdā p̄ctōres t̄ qdā iusti. B Ihs quidā est p̄ctōrib⁹ sicut aurora q̄ eis dat radiū sue mie. Tribulatis est sicut lūa: q̄ eis dat radiū sue cō solationis. Ilsa iustis est sicut sol q̄ eis dat radium sue gracie. Ihs ten tatis sicut acies terribilis: q̄ demōnes expellit fulgore sue maiestatis. primo igitur est peccatorib⁹ sicut aurora: quia dat eis radiū sue mie. Sicut enim aurora tenebras expel lit: t̄ lucē adducit: sic eius mīa a pec catorib⁹ expellit noctē culpe t̄ dat eis lucem gracie. Iō vocatur mater mie: quia deus in potestate sua tra didit facere oēs mīas. Ihs autē in suis misericordiis non est auara: s̄z multum liberalis t̄ larga: iuxta illō qđ dicit prouer vlti. Manū suā ape ruit inopi t̄ palmas suas extēdit ad paupere Si esset aliqua dñā q̄ semp brachiū suū extēderet ad pauperes t̄ man⁹ apertas teneret: t̄ ip̄as ma nus plenas haberet multū liberalis esset. Per istū modū loquif Salomō de muliere forti. i. de beata v̄gine q̄ sic fuit fortis q̄ deum de celo traxit: t̄ diabolū vicit. Ista igit̄ mulier for tis v̄sus peccatores tener brachiū extensum: q̄ eius mīa ad oēs exten ditur vniuersaliter. Tenet manū apertam nō clausam: q̄ suas mīas non dat difficulter: s̄z valde faciliter quia nō multum nec diu facit se ro gare habet maius plenas elemosiniis: quia suas mīas largiter dat et abundantiter. Si quis ego eius mīe

ricordiam nō h̄z vtē marie nō impus tet: postq̄ ip̄a brachium extēdit dan do vniuersaliter: postq̄ manū p̄ le nā habet dando abundantiter: postq̄ manū aptaz tenet dādo faciliter. Ist⁹ igitur officium dādi t̄ faciēdi mīas deus sibi commisit. Sicut em̄ in cū ria pape quedā cōcedunt līre simplis cīs iusticie quedam pure gracie que dam mixte: sc̄z que vident̄ iusticiam t̄ grām p̄tinere. Sic de⁹ in sua curia tres h̄z cancellarios. C Unū cuī cōmisit dare litteras simplicis iusti cie. Iste est michael qui aias ponde rat bī mensurā bonoz vel maloz operū. Dat mēsurā supplicij v̄l cele stū premiōp. Ali⁹ cancellari⁹ est cuī cōmisit de⁹ dare līras nūxtas: sc̄z ius tacie t̄ grā. Iste est beatus petrus qui est ianitor celi: v̄bi sunt due por te: sc̄z iustacie: per quam ingrediunt̄ qui saluant̄ ex operib⁹ iusticie. Quā portam ppheta sibi aperiri petit: dī cens. Aperi mihi por. iii. tc. Alia est porta gre per quā ingrediuntur illi q̄ saluant̄ ex sola gratia dei: sicut sunt pueri baptizati. Btā autē virgo est cancellaria dei: cui cōmisit de⁹ dare mīam t̄ gratiā: iō talē cancellariam debem⁹ sepe inuocare t̄ dicere. Eya ergo aduocata n̄fa. il. tu. mi. ocu. ad nos cō. Sc̄da tribulatis est sicut lu na: q̄ dat eis radiū cōsolationis sue. Luna em̄ habet vtutē supra mare: sic t̄ ip̄a super tribulatos t̄ amaricatos: t̄ sicut luna lucet in nocte sic et ip̄a subuenit in tribulatione. D Dicit autē pulchra vt luna. Lūa em̄ tūc est pulchra q̄i est plena: t̄ tūc tota nocte lucet. Q̄i aut̄ luna nō est plena mō lucet in principio noctis: mō in medio mō in fine. Sic etiam sunt quidā sancti q̄ adiuuat tribula tos aliqui in principio tribulationis cōstantiā in tribulatiōe tribuēdo. ali q̄i h̄o p̄mittūt eos tribulari t̄ tentari in principio: sed tñ iuuāt in me dio p̄seuerātiā dādo: aliqui dimittūt eos tribulatiōe principio t̄ in medio t̄ ad iuuātiōe fine me. s. p̄ impatiētiā cadat

# Sabbato. iii. ebdo. xl. ser. t.

victoriā eis pferēdo. Virgo autē maria est: sicut luna plena q̄ adiuuat in pncipio tētaticis & tribulatiōis dan do 2stantiā. Aduuat in medio dan do pseuerantiā. Aduuat in fine dādo coronā seu victoriā. Nec mirū si ista luna lucet tribulatis & obscuratis: n̄p̄ etiā fuit tribulata & obscura ta: & iō scit meli⁹ tribulatis & patiet misereri. Et fm Aug. luna tripliciter obscurat̄: aut qñ ē vacua/ aut qñ ē nube tecta/ aut qñ ē eclipsata. Et Btā h̄go in hac vita habuit tres tribulatiōes. Una fuit qñ herodes puerū interficere voluit: & ipa in egyptū fugit: tunc ista luna oīno gloriatōne fuit vacua quo eīn 2solatio sibi ee potat: qñ ipa puella delicata de partu paulo aī surrexerat & in terrā lōginquā p vias aspas cogebat fugē: & qñ inter idolatras & pellebat manere: & qñ puer sic tener⁹ cogebat circumferre. Scđam tristiciā habuit qñ filiū suū amisisse credidit timēs: ne i man⁹ ostiū deuenisset: vel ad longin quas partes ad gētes quertēdas accessisset: vel ad patrē celestē sine redēptōe humani gñis rediisset: & tūc fuit nube tecta: qz nubes obscura dolor⁹ & tristicie ei⁹ aiam occupauit: vñ ipa dixit. Pater tuus & ego dolētes querebam⁹ te tc. Tertiā tribulatiōnem habuit in filij passione: & tūc luna fuit eclipsata: luna autē qñ eclipsatur tota sanguinea videſ: & ipsa in filij passione fuit gladio doloris vulnerata: iuxta illō Lu. iij. Et tuā ipi⁹ aiam ptransibit gladi⁹. Itē Joel. iij. Sol. i. xps cōuertet in tenebras. s. p mortē: & luna. i. bta maria in sanguine p dolore. Et Tertio iustis est sicut sol quib⁹ mittit radiū ḡre sue. Il luminat em eos p exemplū & beneficiō. per exemplum qdē qz est speculū diuinū in quo nos debem⁹ speculari Sap. viij. Candor est em lucis efne & speculum sine macula. Speculum ei⁹ fit de vitro & plūbo. per vitru qd est lucidū intelligit h̄ginitas ei⁹. per plumbū qd est ductibile et h̄z colore

cinereū intelligitur eius humilitas & sicut virū per se vel plumbū p se nō facit speculū: nisi qūgan̄: nec resultat ymago: sic nec marie humilitas sine h̄ginitate: nec h̄ginitas sine humilitate fecisset eā speculū dei: vt in ea resultasset xps q̄ eīt ymago dei nisi adiuicē iūcta fuissent: scz humilitas cum h̄ginitate: & sicut speculū recipit illū q̄ se fecit sic ipa i suo ytero h̄uit illū q̄ se creauit Eccl. xxiiij. Qui creauit me requieuit i tabernaculo meo tc. in isto i ḡif speculo oēs debet pspicer & maculas suas videre. Nā supbi cognoscēt ibi supbiā suā & maculam respiciēdo ad suā humilitatē: luxuriosi ad suā h̄ginitatē: auari ad suā paupertatē: q̄ sancta fuit eius vita ad quā speculari debem⁹: oñdit h̄ier. in eplā ad cromaciū & elidop̄. Dicit ei q̄ ipa a matevqz ad tertia orōni instabat postmodū ab orōne surgēs a tertia vlc̄ ad nonam op̄i manuū vacabat postmodū intermittēs op̄a manuū: ite⁹ ad orōnes redibat: & ide non recedebat: donec angelus veniebat qui sibi cibuz ministrabat cū quo cōsolationē suam habebat. Ex hoc igitur exemplum habemus: vt insistamus orationi & operationi: et q̄ libentius cōuersemur cū viris angelicis q̄ cū virus dyabolicis. Scđo lucet oīb⁹ p bñficiū & dat bñficia illa: de qb⁹ dī Eccl. xxiiij. Ego mat pulchrie dilectionis & ti. & agni. & sc̄tē spei. Dat eis dilectionē p quā insi amītur. Dat eis timore p quē humilietur. Dat eis agnitionē p quam illuminant̄. Dat eis sanctaz spē p quā ad sperandū celestia animant̄. H̄ Quarto tētatis ē sicut acies ordīna ta. qbus dat radiū sue defensionis. Est em̄ demon. b⁹ terribili denolatio ei⁹ / salutai io ei⁹ / & laudatio ei⁹. Qñ cūqz em̄ ipam noīath⁹: vel laudam⁹: pti n⁹ dem̄ces territi fugiūt. Qñ em̄ diabol⁹ audit nomē eius: ita est acsi sentiret baculū vel clauū cū quo per cuteret Nūe. xxiiij. Cōsurget h̄ga

# Dominica in passione. Sermo. i.

de israel et percutier duces moab. Qui sedit eius laudatione: ita est ac si audiaret tonitruum quod terreat. ps. Vox tonitri tui in rota. Tunc enim diabolus tanquam insanus terret. Qui vero audit eius laudationem: ita est ac si audiret seu sentiret gladium quo iugulareatur. hoc figuratum est Judith. xvij. ubi vero per ipsam pugione amputauit caput holofernis. Si igitur grauemur a diabolo: siue a tyranno: siue a corpe nostro ad ipsam curramus ad ipsam appetibilem: ipsa enim est domina et augusta sine imperatrix: et intermissis oib[us] intermediis sanctis ad ipsam appellare Iesu siue quis genuit a diabolo: sicut patet in Theophilo qui a diabolo deceptus et augustam appellauit et statim liberatus fuit. Siue quod gaudetur a tyrano hoc signatum est in Wardo cheo qui ab amissione grauabat et ad hester angustiam appellauit et aman condonat: et mardochae liberatus fuit. Siue quis grauens a carne sua sicut prius in maria egyptiaca quam cum eis voluptati dedita: ad augustam appellauit: et mox sibi castitate concessit. Siue quod genuit a iusticia dei. Unde legitur in vita b[ea]ti dominici quod cum Christo extra mundum multum esset iratus a go ei dicit: bone fili non debes cum eis agere sed in iusticiam tuam: sed sum misericordia et sic ille sententiam reuocauit. et ita in omni tribulatione ad eam appellare Iesu. Propter quod dicit Bern. Sileat misericordia tua virgo beata quicunque te inuocate in suis necessitatibus me minerit defuisse.

**D**ominica in passione. Sermo primus.  
Uis ex vobis arguet me de peccato si veritate uero dicu quare non creditur michi. Johanna. viii. Una magna causa quare iudei contra me preceperant: erat ex eo quod veritate predicabat quam ipi recipere nolebant ideo si veritate dico quod non creditis mihi. A Ille enim qui predicit veritatem doctrinam h[ab]et sanctitatem vite: ideo premitur quod ex vobis ar-

guit me de predicto. Non enim potuit argui de predicto cordis: quia semper habuit cogitationes sanctas: nec de predicto oris quod semper habuit locutiones discretas nec de predicto opere quod semper habuit operationes iustas: nec de predicto omissione: quod nullum bonum quod facere debuit omisit: non de peccato originis quia nullum peccatum originale contraxit: sed fuit sanctus conceptus et sanctus in partu. Talis igitur qui habet taliter sanctitatem: vite secure potest predicare veritatem doctrine. Et ponit autem dominus in isto euangelio quatuor veritates: quod triuidei contradixerunt quare due veritates spectant ad nos: aliae due ad ipsam. Prima veritas est per quam ostendit causam quare quidam audiunt verbum dei: et quidam non audiunt: cum sit qui ex deo est non natura: sed fide timore et amore: non a deo audit: ille vero qui veraciter in deum credit: et veraciter deum timet et diligit veraciter: non a deo audit. Qui vero non habet fidem nec amorem: nec timorem dei: sicut erant iudei audiire non poterunt subdit: ideo vos non auditis: quod ex deo non estis. Isti veritati iudei nescierunt contradicere verbis: ideo contradixerunt in iuribus dicitur: nonne benediximus nos: quod samaritanus est tu et demonium habes: non Christus negauit: sed demonium se habere. Aliud concedit scilicet samaritanum se esse. Samaritanus enim interpretatur custos. Christus autem dicit custos: de quo dicitur psalmus. Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra es. Negauit autem aliud: sed quod demonium haberet: quod continebat intamnam: scilicet quod demonium haberet: quod taliter famam non poterat sustinere: non negauit ideo in quo nulla erat infamia: et poterat sustinere: scilicet quod esset samaritanus: in hoc enim dat nobis exemplum ne ad omnia quod de nobis dicunt respondeamus sed si talia sunt quod possint tollerari debemus dissimulare. Si vero infamiam importem possumus nos humiliare exculpare. Secunda veritas fuit per quam Christus ostendit veritatem et efficaciam quam habent R. ij.

# Dominica in passione

psalmus dei cū dicit. Amen amē dico vobis: si q̄s f̄monē meū fuauerit mortē non videbit. i. nō experieſt inefnū. Per hoc autē q̄ dicit in eternū oſdit le nō intelligē de morte corporis ſz aie. In hoc oſditur magna xp̄i benignitas: qz illis a qb̄ tunce receperat conuicū nō negauit ſue doctrine benefi ciū. Iſti v̄itati iudei ḥdixerūt inferēdo iuriā: cū dicūt: nūc cognouimus qz demoniū habes allegādo rōne falſam: cū dī. abrahā mortu⁹ ēz pphete ſc. Fundabant em̄ suā rōne ſup falſum. s. q̄ xp̄s dixiſſet de morte corpori ſz: q̄ tñ intelleſerat de morte eterna. Due autē v̄itates ſunt ad ip̄m p̄tinētes. Una eſt p̄ quā oſdit ſuā natuuitatē etiālē: q̄ etiālē natus ē de p̄re ſine m̄fe: t̄ ſuā natuuitatē corpale: q̄ tp̄aliter nat⁹ ē de m̄fe ſine p̄re: cū dixit abrahā p̄ v̄t̄ exultauit vt videſter diē mesi: vidit t̄ gauis⁹ ē. ſz ei gl. p̄t intelligi de die ſue etiālēt̄. v̄l de die ſue tp̄alitatis q̄ in carnē venit et v̄trūq̄z de⁹ abrahā reuelauit. v̄niſe ſum gaudiū hūit: dixerāt iudei ſupe riū ſz q̄ xp̄s nō erat maior abrahā qui tñ mortu⁹ ē. t̄ xp̄s oſdit ſe eſſe maiore inq̄ſtū eternaliter nat⁹ de patre t̄ inq̄ſtū natus tp̄aliter de m̄fe. Quia v̄trūq̄z diē abrahā tanq̄z fidelis ſuus deſiderauit v̄dere. Iſti v̄itati iudei ḥdixerūt r̄ndētes cū ira t̄ cū ſuppoſiſtōe falſa dicētes: q̄nquaq̄ta annos nō dū habes t̄ abrahā vidisti: ſuppo nebat em̄ falſum: q̄ xp̄s dixiſſz le vi diſſe abrahā in p̄nti vita ocl̄o corpori ſz qd̄ tñ nō dixerat. C Sed cū xp̄s tūc h̄eret. xxxiiij. annos quō iudei di- xerunt eū eē q̄nquaq̄genariū. Una cā eſt: qz iudei erant irati: t̄ ira ipedit animū vt nō poſſit cernē verū. Alia cā eſt q̄ xp̄s ſz iuuenis eſſet: tñ v̄idebat qdāmō antiqu⁹: tū pp̄t nimiam mox grauitatē: tū pp̄t nimia corporis laſſitudinē t̄asperitatē quas ſepe in corpe fuerat exptus. Alia cā p̄t eē qz ſi hō iuuenis appellat ſenex iuueniā ſibi reputat fieri. Judei ḡ iuriā xp̄o credabant facere t̄ dicere: quia

ip̄m ſenē vocabant. Sc̄da v̄itas p̄t nēs ad ip̄m fuit p̄ quā oſteſit ſuam cū p̄re eternitatē: cū dixit. Amē amē dico vob̄z aq̄z abrahā fieret ego ſum nō dixit aq̄z abrahā eſſet: qz abrahā a deo fuit fact⁹. nō dixit ēt ego ſum fact⁹: qz xp̄s inq̄ſtū de⁹ nō fuit factus ſed ab etiālo patre genit⁹. Huic v̄itaſti iudei nō ḥdixerūt v̄bis p̄tumelioſis vel rōne ſuppoſiſtōib⁹ falſis que admodū ḥdixerant tribus veritati b⁹ ſupradicti. ſed ḥdixerūt huic v̄itaſti inuiriolo facto volenites eū lapiſare tanq̄z blaſphemū: xp̄s abſcondit ſe t̄ exiuit de tēplo: iō exiuit ab eis vt auferret ab eis cām ſeuendi. Uel iō exiuit: qz noluit mori lapidař ſed crucifixus. Uel iō exiuit: qz ad huic nō venerat hora patiēdi. D Ex ſupradictis ptz q̄ iudeis odioſa erat v̄itas t̄ q̄ xp̄s furētib⁹ cedebat Veritas em̄ mult̄ eſt odioſa. Ira ei eſt de v̄itate ſicut de luce odore t̄ ſa pore. Lux ei ē amabil̄ ocl̄ ſanis ſz odioſa egris. Odor hoilem recreat ſed ſpenſtē fugat. Panis palato ſa no eſt ſapid⁹: ſed iſfirmo ē penol⁹. Ueritas igit̄ eſt odioſa ſupbiſ ſicut lux ocl̄ ſippis. Si em̄ p̄dicaſ ſupbo de humilitate talis v̄itas eſt ſibi odioſa. Et cauſa eſt: qz ſuppitudo ſupbiſ facit hanc lucē diſplicere. Eccl. xij. Abominatio eſt ſuperbo humilitas Sc̄do v̄itas eſt odioſa luxuriosis ſi cut odor ſpenſt. Si em̄ prediſtatur eis de odore puritatis talis odor diſplicet ſibi t̄ cauſa ē qz p̄ſuerūt ſa re i ſetore luxurie. Eccl. xxij. Huidet luxurios⁹ t̄ diſplicebit ei. Tertio ve ritas eſt odioſa auaris ſicut panis palato corrupto. Si em̄ prediſtatur eis contempt⁹ terrenoꝝ talis panis doctrine ſz in ſe ſit ſuavis eis in vi deſ excecrabilis. Eccl. xij. Execratio diuinitū paup. Caufa eſt: qz hūt pa latū aie corruptum: iō nō p̄t ſentire ſapore in celeſtium. i. Coz. ij. Aliaſ hō nō p̄cipit ea q̄ ſūt ſp̄s dei. Sc̄do xp̄s a iudeis furentib⁹ recedebat. p̄ qd̄ daſ nobis exēplū vt a furētibus

## Sermo .ii.

nos subtraham⁹ ne ipsoꝝ irā ap̄li⁹ inflānem⁹. Et habuit autē xp̄s cōtra furorē iudeor̄ qnq̄ remēdia: sicut p̄t̄ i hoce uāgeliō. prīmuꝝ ē p̄tiētiā seruare. Unū cū plures iuriās audiuerit. s. q̄ demonium habebat Ipse tñ patiētiāz in oībus seruabat Nec habuit aliquē motuꝝ i aio nec aliquē motuꝝ oñdit i signo: nec i verbo nec in facto. Unū dī Esa. xliv. Non erit tristis i aio nec turbulēt⁹ i extēriōr signo: nec clamabit ꝑbo. Calamū quassatuꝝ nō cōteret i facto aliq̄ iuriōso. Scđm remēdium fuit tace re. Unū cuꝝ iudei dixiſſent q̄ haberet demonium ⁊ q̄ eēt samaritan⁹ ipse oīno tacuit. Sciebat em̄ q̄ illud de diſſet iudeis occaſiōne litigandi et materiā: q̄ si diſſet nō suꝝ samaritan⁹ forte iudei ſibi r̄ndiſſet imo es samaritan⁹: q̄ samariā iuſti ⁊ cum eis bibiſhi comedisti cum eis cōmorat⁹ cuꝝ eis: ⁊ eis p̄dicasti. Et iſte ē etiā cōueniēs mod⁹ extiguēdi ignē furētiſ. s. tacere ⁊ cum talib⁹ nō litigare. Sicut eīn ignis extinguit q̄n signa ſubtrahunt ſeu nō apponunt ſic ira furēt⁹ ſānihilat q̄n nihil respōdet. prouer. xvii. Cum defecerit li gna extiguetur ignis: et ſuſurreone ſubtracto iurgia cōdefeſſunt. Qn̄ ꝑo quis litigat ligna parat. Eccl. viiij. Non litiges cum homine linguato et non ſtrues in ignem illius ligna Grego. Imitatione dei gloriōſi⁹ est iram tacendo fugere q̄ responden do ſupare. Tertium remēdium qđ habuit chrf⁹ fuit pacifica verba re ſp̄edere. Cum eīn iudei ꝑbum tā iu riosum ſibi diſſent: ſc̄z q̄ demoniū haberet. Ille patienter respondit eiſis: dicēs. Ego demoniū non habeo. Et iſte est cōueniēs mod⁹ extiguēdi irā furētiſ: ꝑba ſc̄z pacifica r̄ndere. Cor eīn iracundū ē ſicut olla bulli enſ. prouer. xv. Os ſtulti ebullit ſtultiā. Sicut igiſt̄ ceſſat ebullitio olle q̄n aq̄ frigida appōit: ſic ceſſat ebullitio ire q̄n pacifica ꝑba q̄ ſunt refrigeratiua r̄ndetur. prouer. xv.

Reſpōſio mollis fr̄agit irā: fm du rū ſuſcitat furorē. Quartum remē diū qđ habuit xp̄s ⁊ iudeos furen tes: q̄r voluit ſe ab eis abſentare. Et hoc fuit q̄n ſe abſcondit ⁊ ab eis exi uit. Grego. Exēplo dñs nobis loq̄ vt cum etiā rēſiſtere nō poſſum⁹ irā ſupbiētium declinein⁹. Et iſte ſilr est cōueniēs modus extinguēdi irā ſuſtit: ab ei⁹ ſc̄z facie recedere. Si cut eīn olla q̄ fortis bullit ſi ab igne eleuatur ceſſat ei⁹ ebullitio. Sic q̄n ille cōtra quē furit elōgatur: ceſſat ebullitio ſc̄z ire inflāmatio. prouer. xx. honor eſt hoi q̄ ſeparat ſe a p̄tētionib⁹: oēs aūt ſtulti miſcētur con tumelūs. Quintū remēdium qđ ha buit christus contra iudeos furen tes fuit beneficia impendere. Unde poſtq̄ iudei dixerunt ei demonium habes. Ipſe tamē propter tanta i properia non ceſſauit eis impende re ſalutaria documenta dicens. Si quis ſermonem meū ſeruauerit rc. Ubi dicit gloſa. hic diſcat homo le ſus non malum reddere: ſed bonum. Et iſte eſt conueniens modus extin guendi iram farenſis: ſeſiſt beneſſia exhibere. Roma. xiij. Si eſuerie rit inimicus tuus ciba illū. ſiſtit po tum da illi. hoc enim faciens carbo nes ignis congeret ſuper caput ei⁹. Iſti carbones ignis fm glo. ſunt vel feruor charitatis ad quam amplius incitantur. Uel amor ſpiriti ſancti ad quem inflammantur. Uel ardor penitentie ad quem prouocantur.

Cadē dñica in paſſiōe. Sermo. ii.  
**T**ollerūt lapides iudei vt iacerēt in eum: iuſus autē abſcondit ſe ⁊ exi uit de templo. Oia qui xp̄s dicebat et faciebat ad noſtri am vilitatem conuertebat ⁊ ad noſtrāz iuſtrionē. Si eīn dicebat ꝑba cō uertebat ea ad noſtrā iuſtrionēz. Si faciebat miracula cōuertebat illa ad noſtre fidei confirmationē. Si prebebat exēpla cōuertebat illa ad noſtrā informationē ſicut pat̄z in

# Domínica in passione.

Hoc quidam aiudeis furētib⁹ se absē  
tauit dās nob⁹ exēplū q⁹ et nos sūr fa-  
ciām⁹. In hōbo g⁹ pmisso duo tāgunt  
primū est iudeoz magna malicia q⁹  
xps voluerit lapidare. Scđm est ma-  
gna xpi patiētia deis voluit cedere  
**A** Circa pmissiō scīcēdū q⁹ iudei q̄ttuor  
mortes xps pati voluerit. Pr̄io ei eū  
voluerit occidere cū adhuc eēt pū-  
lūs. s. r̄pē herodis. Scđo voluerit eū  
de qđā mēt̄ sup̄cilio h̄cipitare vt sic  
qfracto cerebro et capite colliso mo-  
reref sicut habet. Lu.iiij. Tertio vo-  
luerit ipm lapidare sicut patet hic.  
Quarto voluerit ipm crucifigere et  
crucifixēt. Mlti aut̄ sūt q̄ hodie iste  
q̄ttuor modis xpm occiderit. Pr̄io cū  
e adhuc pūlū. Xps ei pūlū ē i illis  
q̄ de nouo ad pñias querunt de qb⁹  
dr Gal.iiij. Filioli mei q̄s iter p̄tu-  
rio donec formet xps i vob. Illi igit̄  
qđē nouo ad pñias pñersos scđalizan-  
t̄: vel ab ipa penitētia reuocant.  
xđm pūlū in eoz cordib⁹ occidunt  
Cōtra quos dr Mat. xvij. Qui scđa-  
lizauerit vnu de pusillis istis q̄ in  
me credūt expedit ei vt suspēdatur  
mōla assūaria in collo ei⁹ et demer-  
gat in pñundū mar⁹. Alij sūt. s. q̄ xps  
h̄cipitat et caput sibi frāgūt. isti sunt  
heretici. nā sicut dicit. i. Cor. xi. Ca-  
put xpi ē de⁹. heretici q̄ xps deū esse  
nō credunt: caput sibi auferūt. Alij  
xpm lapidāt. isti sunt q̄ malas cogi-  
tatiōes et voluntates h̄re nō cessant.  
Quelibet em̄ mala cogitatio et mala  
voluntas est vnu lapis q̄ē in xpm  
mittunt Beda. Quotquot malas co-  
gitatiōes q̄s assūnit: quasi tot lapi-  
des xpo imittit. Alij sunt q̄ xps cru-  
cifigunt isti sunt q̄ iter ad pctm re-  
deunt de qb⁹ s dr. heb. vi. Rursus  
crucifigētes sibimēt̄ ipsis filium dei  
**Amb.** Quid ē iesus nisi veritas pax  
et iustitia? Qui igit̄ p falsitate relin-  
qt̄ veritatē et p cupiditate dirūpit et  
redit pacē et p aliquo pñmio occultat  
iustitiam: nihil aliud dr facere q̄s lapi-  
dare et crucifigere et occidere xpm  
In hoc autem q̄ iudei in xpm lapi-

des voluerunt immite r̄ vidētur pi-  
lam pontis inchoasse. Nam rōs d̄z  
pontifex. i. pontem faciens. In epi-  
stola autem agitur de ponte cum d̄z  
Xps assistens pontifex. i. faciēs pon-  
tē. In euāgelio autē agitur de pila.  
Tūc ei iudei pila fecerit q̄i lapides i  
xpm miserūt. Sed in passiōe crux po-  
sita est super pilam: et sic nobis pōs  
factus est. Mundus em̄ iste erat tā  
q̄ fluius rapidus et tanq̄ mare pe-  
riculosum: in quo omnes periclitab-  
antur. B Sed contra istud naufragium  
dedit nobis xps triplex adiu-  
torium. s. nauem tabulā et pōtē. Na-  
uis em̄ inocētia est i qua posic⁹ fuit  
adam. Sz ista nauis fracta fuit q̄n  
ide peccauit. In hac naui fuit beata  
vgo q̄nā stegra et saluis mercib⁹ ad  
portū poradisi puenit. In hac naui  
fuit oēs pueri baptizati dñdi seruāt  
inocētia baptismale. Sz qr fere oēs  
frāgūt nāq̄ baptismalis innocentie.  
ideo de⁹ p̄auit tabulā pnie. Nā fm-  
hie. pnia ē pñma tabula post naufragium.  
In hac tabula pnie fuit maria  
magdalena: q̄ cuzista tabula ad  
portum paradisi puenit imo et mul-  
tas virgines q̄erāt in naui innocen-  
tie trāscendit: et q̄stum ad meritū et  
q̄stum ad pñmum Berū. Sicut deus  
nō priuabit bonis eos q̄ ambulant i  
innocētia. ita non priuabit eos qui  
ambulāt in penitētia. Qz vero sunt  
multi q̄ frāgūt nauem innocentie: et  
q̄ pdunt tabulā pnie: ideo de⁹ tertiu  
adiutoriu p̄parauit. s. pōtē passionis  
sue. Iste pōs hodie initiat⁹ est in pñ  
le fundatiōe: sz in parascue cōsum-  
mat⁹ est i trabuū et tabularū supposi-  
tiōe. C Tūc igit̄ quattuor trabes su-  
perindictae sūt. Quarū prima fuit de  
palina. Scđa de oliua. Tertia de ce-  
dro. Quarta de cypresso. De his em̄  
lignis crux facta fuit. Deinde super  
has trabes posita est tabula. i. caro  
christi purissima q̄ quattuor clavis  
fuit cōfixa: et sic factus est p̄cs. ideo  
xps bene dicitur pontifex. i. pontem  
faciens. C Nihilomin⁹ dr pontifex

## Sermo .ii.

triplici de causa. puto ppter habitu  
habuit ei amictū qñ fuit velat<sup>9</sup>. ha  
buit albā qñ ad herodē fuit duct<sup>9</sup> et  
ab eodē alba veste fuit idur<sup>9</sup>. habu  
it planetā qñ purpura a militib<sup>9</sup> fuit  
circūdat<sup>9</sup>. habuit cīgulū et stolā qñ  
ad colūnā fuit ligat<sup>9</sup>. habuit mani  
pulū qñ i manib<sup>9</sup> fuit clavis et fixus.  
habuit mtrā qñ spinis fuit corona  
t<sup>9</sup>. habuit baculū pastoralē qñ arū  
do fuit sibi data i manib<sup>9</sup>. habuit lā  
dalīa qñ habuit clavos i pedib<sup>9</sup>. Se  
cūdo d<sup>r</sup> pōtifex ppter vnictōis my  
steriū. ipē ei fuit vinct<sup>9</sup>. Juxta illō. p.  
Untit te de<sup>9</sup> de<sup>9</sup> tu<sup>9</sup> oleoleticie p cō  
sortib<sup>9</sup> tuis. Oli qdē de<sup>9</sup> erat hoi du  
r<sup>9</sup>: s<sup>r</sup> xps ē vinct<sup>9</sup>. iō fact<sup>9</sup> ē māsuet<sup>9</sup>.  
iō d<sup>r</sup> vnxit te de<sup>9</sup> tc. Oli erat irat<sup>9</sup> s<sup>r</sup>  
fact<sup>9</sup> ē elect<sup>9</sup>. Iō d<sup>r</sup> oleoleticie. Oli  
de grā sua erat amar<sup>9</sup>: s<sup>r</sup> i xpo fact<sup>9</sup>  
ē larg<sup>9</sup>. iō d<sup>r</sup>. p cōsortib<sup>9</sup> tuis dedit ei  
sibi spīn sine mēsura de cui<sup>9</sup> plenitu  
dine oēs accepini<sup>9</sup>. E Tertio d<sup>r</sup> pō  
tifex ppter offm qdē offm triplex ē  
Primū ē p pplo orare. et xps p nob<sup>9</sup>  
orauit multiplicat. nā orauit vbi s  
Joh. xvii. Nō peis rogo tm̄ s<sup>r</sup> pil  
lis q credituri sunt p verba illorū in  
me. Oravit lachrymis. heb. v. Cuz  
clamore valido et lachrymis offerens  
exaudiit<sup>9</sup> est p sua reuerētia. Oravit  
sanguie. heb. xii. Accessistis ad san  
guis aspōsionē meli<sup>9</sup> loquētē q̄ abel  
Orat etiā qtidie cicatricū rēsenta  
tiōe: q̄i eas quotidie p̄ri rēsenterat.  
heb. ix. Intravit iesus liōz celuōz ut  
appareat vultui dei p nobis. Scdm  
officiū pōtificis ē sacrificiū offerre.  
et illud rōs habuit q̄ seiōm p nobis  
i sacrificiū obtulit. heb. ix. Per spīn  
setm seiōm obtulit i maculatū deo.  
qñ aut sacrificiū offerebat igne accē  
cēdebat. et ipē fuit accēt<sup>9</sup> igne amo  
ris q̄ ad aliam. De q̄ igne d<sup>r</sup> Lu. xii.  
Igne veni mittere in terrā tc. Isto  
igne fuit tor<sup>9</sup> accēsus. Joh. xv. Ma  
iore hac dilectionē nemo h̄z vi aliam  
suā ponat q̄s pro amicis suis. Fuit  
accēsus igne doloris quo ad corp<sup>9</sup>  
et animam. Thren. i. O vos omnes

qui transitis per viā. tc. Fuit accē  
sus igne passiōis quo ad carnē sua<sup>9</sup>  
ps. Ignē me examinasti et nō ē iuen  
ta in me iniquitas. Tertium officiū  
pōtificis est p̄bendas distribuere:  
et ipse p̄bendas distribuit sicut Amb.  
dicit in hec verba. Actor humani ge  
neris in cruce extensus pietatis offi  
cia diuidebat persecutiōē aposto  
lis. pascē discipulis. corp<sup>9</sup> iudeis pa  
tri spīn. virginū paranymp̄lī latro  
ni. padisum. pctō ubus infernū xpia  
nis penitentibus crucē pnie del ga  
uit. S<sup>r</sup> Scđo in xpo fuit magna pa  
tiētia in hoc q̄ a iudeis furētibus se  
absentauit. In hoc dat nobis exem  
plū ne imisceam<sup>9</sup> nos rixis. s<sup>r</sup> hoies  
rixosos et cōtentiosos declinem<sup>9</sup> ma  
xime qñ ex nr̄is correctiōibus peio  
res fieri vident<sup>9</sup>. Sunt em̄ qdā sicut  
cera mollis. Alij sicut lapides Alij  
sicut spine pungentes. Cera mollis  
si tangit statim cedit et se duci pmit  
tit. sicutiā sunt multi q̄ ita mansue  
ti sunt q̄ qñ tangunt. i. reprehendū  
tur statim abediunt et ad oē op<sup>9</sup> boz  
num se duci pmutunt. i quoz piona  
ppheta d<sup>r</sup> factū est cor meum tā. s<sup>r</sup>  
cera liqscens. tales sunt lepe admō  
nendi. qz sicut d<sup>r</sup> Chr. Just<sup>9</sup> si ad  
monit<sup>9</sup> nō fuerit p negligentiā eua  
nescit. Alij sunt sicut lapides. lapis  
em̄ si tāgitur nō cedit: tñ nō ledit sic  
sunt multi q̄ qñ reprehendunt nō obe  
diunt s<sup>r</sup> i sua duricia psistunt. Job. xli.  
Cor ei<sup>9</sup> idurabit quasi lapis. vñ tñ  
bonū h̄nt: qz vtra se reprehēdētes non  
mouent nec vba liuriola eis dicunt  
tales sepe admonendi sunt et reprehē  
dētūt et corrigitur. qdō d<sup>r</sup> Job. xiiij.  
Lapides excauat aq̄. sicut em̄ lapi  
des ex frequētatiōe aq̄ excauant sic  
multoties hoies turi ex frequēti re  
phēsione corrigitur. S Alij sūt si  
cut spīe. nā si spine tāgunt nō cedūt  
insup p̄ligunt sic sūt multi q̄ qñ rep  
hendunt nō se corrigit: et insup se re  
prehēdētib<sup>9</sup> vba p̄tuneliosa ferūt  
et ideo oportet q̄ volunt tales hoies

# Feria. ii. v. ebdomade.

spinosos reprehēdere pr<sup>o</sup> se armēt  
forti patientia. dñice passionis mēo  
ria charitate succensa. De ista tripli  
ci armatura d<sup>r</sup>. ij. Reg. xxiij. preua  
ricatores quasi spine euellēt vñjuer  
si q̄ nō tollunt manub<sup>o</sup>: et si quis eas  
dangere voluerit armabit ferro et li  
gno lanceato. igneq̄ succēse combu  
rent vscz ad nihilū. Si q̄s igit̄ tales  
rephendere voluerit d<sup>r</sup> se armare lo  
rica ferrea. i. ipenetrabili patientia.  
sō d<sup>r</sup> armabit ferro. d<sup>r</sup> se armat dñi  
ce passiōis memoria. sō d<sup>r</sup> ligno lan  
ceato. Xps enī fuit lignū de quo d<sup>r</sup> ī  
hs. Erit tanq̄ lignū quod plantatū  
est secus tc. Istud lignū fuit lancea  
tum. s. in cruce lancea pforatū d<sup>r</sup> se  
armare succensa charitate vt sic oia  
verba maledicta ab illis spinosis p  
lata igne charitatis cōburant et ad  
nihilū redigantur sicut videmus in  
spinis que igni impositae cōburuntur  
et annichilantur. ideo dicit̄. Igneq̄  
succense cōburent vscz ad nihilū.  
Feria. ii. quinte ebdomade qua  
dragesime.

Sermon primus.

**S**erunt pr̄cipes et pha  
risei ministros vt app  
henderunt iesum Joh.  
vij. Sicut d<sup>r</sup> iohannes  
supra līmētate. mlti de  
turba crediderūt ī xp̄z et dicebāt. xp̄s  
cūvenerit nūqd plura signa faciet q̄  
q̄ hic facit: i. o 2tra phariseos q̄ xp̄m  
pseq̄bāt murmurabāt. qd audien  
tes pharisei inuidia et moti non sunt  
ausi vt psonalitad xp̄m accederēti  
more turbarū ad ip̄m capiēdū s̄ mi  
serunt ministros: q̄ tales psonae p le  
ui p̄cio piculo se exponūt. In isto er  
go euāgelio q̄ttuor describūt. Pr̄io  
magna iudeoz puersio: cū d<sup>r</sup>. Mise  
runt pr̄ci. Scđo sapiēs xp̄i tñsio: cū  
d<sup>r</sup> adhuc modicū tps vobiscum sum  
Tertio stulta iudeoz interrogatio  
cū d<sup>r</sup>: q̄ hic iturus est: q̄ nō inuenie  
mus eū. Quarto benigna xp̄i inuita  
tio cū ait. si q̄s sit et veniat ad me et bi  
bat. A Circa primū notādum q̄ iu  
dei sepe xp̄m multipliciter cōprehē  
dere voluerūt. aliquā in psona sua si  
cūt hic: aliquā in sermone suo. Math.  
xxij. Abeūtes pharisei 2siliū inierūt  
vt caperēt iesū i sermōe. aliquā in ope  
re suo. Mat. iij. Erat hō hñs manus  
aridā et obseruabant eum si sabbato  
curaret ut accusarēt illum. aliquā i u  
dicio suo. Joh. viij. Adducunt iudei  
et pharisei mulierē in adulterio dep  
hēsam. Et seqn̄t. hoc aut̄ dicebant  
tentātes eum ut possent eū accusare  
aut v̄ misericordia si iudicaret ip̄az  
lapidādam: aut de iniustitia. si dice  
ret eā lapidādā nō eē: q̄ tūc contra  
legem iudicaret. Sed xps cōtra illō  
q̄ volebāt eum capere in psona ostē  
dit magnā potentia. Un d<sup>r</sup>. Adhuc  
modicū tps vobiscum sum. Chry. q. d.  
qd festinatis me interficere: parū et  
pectate tps qd mihi vultis facere fa  
cturi estis se d nō mō: q̄ nolo. Cōtra  
illō qd volebāt eum capere in sermo  
ne: oñdit magnaz sapientiā dicens.  
Reddite q̄ sunt cesaris cesari. Cōtra  
illō qd volebāt eum capere in ope  
ponit increpationem verā dicens li  
cet sabbatis bñfacere an ma le: aliaz  
saluā facere an pdere: Cōtra illō qd  
volebāt eum capere in iudicio osten  
dit simul in iudicio et iustitiā. cum d<sup>r</sup>  
Qui sine pctō est vestrum p̄nus in  
illā lapidem muttat et sua z misericor  
diā subdit: cum dicit. Nec egote cō  
demnabo. vade et ampli<sup>o</sup> noli pecca  
re. Circa secūdū notādum q̄ phari  
sei faciebāt xp̄m querere et volebāt  
ip̄m apprehendere. et ad vtrumq; re  
spodit xp̄s nā ad illud q̄ ip̄m facie  
bāt q̄rere dixit. queretis me et nō in  
uenietis hoc fuit fm Augu. post xp̄i  
ascensionem qñ multi iudei cōpūcti  
ad predicationē aploꝝ crediderunt  
Un dicit Aug. Viderūt xp̄m suo sce  
lere moritē et crediderunt i xp̄o suis  
scelerib<sup>o</sup> ignoscentē: Et quoisq; bi  
berūt sanguinē quē effuderūt d̄ sua  
salute desperauerūt. fm autē Chry.  
hoc fuit qñ ciuitas eoz capiebatur  
probabile est ei ut d<sup>r</sup> tūc eos meminis  
se xp̄i miraculoz ei<sup>o</sup> vt eius presena

# Sermo. I.

qui querent et iō dū. quret̄ me et nō iue-  
niet̄. **B** isto āt̄ quotidie accidit qr ml̄  
et xp̄s qrl̄t̄ et nō iueniūt̄ ex eo q nō q̄  
rūtvbi ē: s̄ vbi nō ē. Xps ei nō ē i de-  
litūs nec i diuitiis nec i honourib⁹: et  
iō ibi nō iueniūt̄. Job. xxviiij. Nō iue-  
niūt̄ i tra sua iter viuētiū hoc ē q̄stum  
ad delitiosos. abyssus dñs est i me  
hoc ē q̄stū ad auaros: quoꝝ cupidit̄  
as nō h̄z fūdū: et mare loq̄t̄: nō ē me  
cū. hoc ē q̄stū ad supbos q̄ sp̄ sūt tu-  
midi et iflati. Inueniūt̄ sūt hūilitate:  
paupertate: et asperitate. qr ibi ē. Ista  
ei tria xp̄s i hūc mūdū veniēs secum  
portauit: et cū istis nasci voluit. Lu.  
xij. Inueniēt̄ ifatē. ecce q̄sta hūilitas  
pānis iuolutū: ecce quāta paupertas.  
et positiū in p̄sepio ecce q̄sta asperitas  
Ad illō aut̄ q̄ iudei volebat eum ap-  
prehendere et capere. xp̄s r̄ndit. vbi  
sum ego vos non potestis venire In-  
terl. vbi sum ego imutabilis vnuꝝ cū  
patre. nō autē sm glo. dixit nō pote-  
ritis: sed nō potestis: tales enī erant  
tunc q̄ nō possunt. sicut et alibi dixit  
petro non potes me sequi mō seque-  
ris autē postea. q̄uis autem xp̄s di-  
cat vbi sum ego vos non potestis ve-  
nire tñ de ministris suis dicit Joh.  
xij. vbi sum ego: illic et minister me⁹  
erit. C Christus autē est in dextera  
dei sedēs. Mat. xl. Et dñs qđē ieſ⁹  
postis locutus est eis: assumptus est  
in celum et sedet a dextris dei. Est in  
glia dei. Dhil. ii. Om̄is lingua con-  
fiteat̄: qr dñs iesus xp̄s i glia dei ē pa-  
tris. Est i lumine dei. i. Thim. vi. Lu-  
cem habitat inaccessibilez. Ministri  
ergo xp̄i erūt i dextera dei. qr pater  
dextera sue potētie eos i eternitate  
cōseruabit̄. erūt i lumine dei: qr fili⁹  
lumine sapientie sue eos illuminabit̄  
erūt i gloria dei: spūssact⁹ dulcedime  
sue suavitatis glorificabit̄ eos. pec-  
catores aut̄ nō erūt in dextera dei: s̄  
sub pedib⁹ dei. Tres ei tenebunt pe-  
des suos ad gula dānatōꝝ. sc̄ dē.  
ps. Ponā inimicos tuos scabellum  
pedū tuorꝝ. mors p̄petua Job. xvij  
Calcer sup̄ esū quasi rex interit⁹. et to-

ta 2gregatio setōꝝ. Mat. iiiij. Calca-  
bitis impios cū fuerit cinis sub plan-  
ta pedū vestrorꝝ. nō erūt et i lumine  
dei: s̄ vtenebr̄ iserni. Mat. xxij. Li-  
gatis manib⁹ et pedibus mut. in tene-  
bras exteris. nec erūt i gloria rei. s̄ i  
pena eterna. Mat. xxv. Ibunt hi in  
suppliciū eternū. Circa tertiu notan-  
dū q̄ iudei p̄phetauerūt ignorāter  
q̄ dixerūt q̄ hic itur⁹ est qr nō iue-  
niūt̄ eū. nūqd̄ i dispersionē gentiū  
itūt̄ est et doctur⁹ gētes: veruꝝ qđē  
dixerūt s̄ ignorātes dixerūt: qr xp̄s  
p̄ apl̄os gētes docuit et ad fidem cō-  
uertit. D Totuꝝ qđē gen⁹ humāns  
erat in tenebris ignorātiꝝ. et i pfū-  
ditate vitoꝝ. De⁹ enī tenebat in ce-  
lo veritatē suā et mlaꝝ suā iuxta illō.  
ps. Deus misa tua in celo et veritas  
tua vſq; ad nubes. Tandē deus ve-  
ritatē i. verā sui cognitionē in terrā  
misit: et ea i qđā angulo. i. i iudeorūꝝ  
pplo occultauit. iuxta illud ps. No  
tus i iudea de⁹ in israel magnuꝝ no-  
mē ei⁹. grām tñ sue milie p̄ quaz oēs  
reconciliaret et in glia eos reciperet  
eis concedit. Xps aut̄ vtrūq; secum  
portauit. s. gratia et veritatē: ita q̄  
p̄ veritatē verā cognitionē deo  
gentib⁹ dedit: et per gratia ſc̄ re-  
conciliauit ſibi. De his diobus d̄r  
Joh. i. Lex p̄ moysen data est. i. co-  
gnitio vni⁹ dei data est per moysen  
i. populo indeoꝝ. s̄ grā et veritas p̄  
iesum xp̄m facta est: quia xp̄s dedit  
grām reconciliantē et veritatē illumī-  
nātē. E Circa quartum notāduꝝ q̄  
xp̄s ad aquam grē sue nos iuitauit  
dicēs. si q̄s sitit veniat et bibat Aug.  
Si sitimus veniamus non pedibus  
s̄ affecib⁹: nec migrādo ſed amī-  
do. Ad istas aquas nos vocat deus  
per Eſaiam dicens. Eſa. lv. Oēs fi-  
tiētes venite ad aquas et qui nō ha-  
betis argentum properate emite et  
comedite: venite emite absq; argen-  
to et absq; vlla cōmutatiōe vnuim et  
lac: quare appenditis argētū non in  
panib⁹: et labore vestrū non in ſaturi-  
tate. Dñs vocat ſi tiētes illos q̄ ſunt

# Feria. ii. v. ebdo.

vacui ab amore mundi: et aquas vocat amorem dei. tales enim debent venire aquas gratiarum. ideo dicit. oes sitientes venite ad aquas Aug. Si habitat in te amor mundi: non est quod sitret in te amor dei. vos es si plenus es: si habes ut recipias quod non habes: funde amorem scilicet ut impliaris amorem dei. Seq. Et quod non habetis argenti proponite emite et comedite. Per argumentum intelligit terrena substantia vel eloquentia sive subtilis intelligentia. si ergo sunt aliqui qui non habent argentum temporalis substantie: nec humanae慷慨 nec perinde intelligenter. saltem perpetrat. emat et comedat perperant per desiderium et voluntatem. emat per feruente orationem: et comedat per devotionem meditationem. Seq. venite emite absque argento. s. misericordia eloquentie vel profunde intelligentie et absque villa commutacione trahitis substantie: vinum et lac. scilicet per vi- nus intelligit iocunditas mentis per lac puritas corporis. emite ergo vobis per orationes et desideria spiritualia iocunditat in mente: et puritate in carne vel per vinum et lac intelliguntur due naturae in Christo. nam per vinum intelligit eius diuinitas iocundissimas. ps. Unde letis faciat cor hominis. per lac intelligitur eius humanitas purissima. Debemus ergo emere per desideria et orationes vinum et lac. id est nos possimus in celesti gloria contemplari eius diuinitatem et videre eius humanitatem quia in ista contemplatione et visione consistit tota beatitudo sanctorum. et tunc beneficatur illud quod dicit spiritus sanctus. Cap. v. Bibi vinum cuius lacte meo: seq. quare appeditio argentum non in panibus et labore vestrum non in saturitate multi sunt qui argenteum. id est eloquentia vel ingenium appeditio et ponunt non in panibus. id est non in vera scisa qui habentiam reficere. Iuxta illud Math. x. Non in solo pane vivit homo: sed in ore dei et labore suum et studiu suum non ponunt in saturitate: quod discutit scias lucrativas quam aliam non satiscaut sed evacuant. non adducunt saturitatem sed vanitatem.

**E**adē. ii. fer. quinto ebdo. xl. fer. ii.  
  
 3 quod sit veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut de scriptura. flumina de ventre eius fluunt aqua viua. Ista aqua viua quae Christus vult dare sitiens non est materialis sed spiritualis. sicut immediate subdit. hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Magna est haec potentia receptiva gratiae. maior est haec aliquem gustu gratiae maximum est haec plenitudine gratiae. et per maximum est haec plenitudo gratiae. Ista quatuor differentias ponit dominus in nobis promissis primo enim ostendit quodlibet habet potentias receptiva gratiae. quod in potestate cuiuslibet est venire ad fontem gratiae. secundo ut si quis sit veniat ad me. Secundo promittit dare gustum gratiae cum subdit et bibat. Tertio promittit dare plenitudinem gratiae. cum de flumina de ventre eius fluat. id est de corde eius. Quarto promittit dare continuationem et plenitatem gratiae: cum subdit. fluent aqua viua. A circa primu m ostendit quod holes tanquam boni quod mali habent potentias receptiva gratiae. soli autem daniati ista potentia carent. Non enim ad istum fontem possunt venire: nec de ipso fonte etiam minimam guttam haurire: ad fontem quodam venire non possunt: quod habent ligatas manus et pedes et sunt in tenebris. Mat. xxvij. Ligatus manus et pedibus mittuntur in tenebras exterius. Non igitur possunt venire. quod habent ligatos peccatum. Nec etiam possunt se dissoluere: quod habent ligatas manus: nec enim scirent venire: sunt in tenebris: daniati habent ligatas manus: quod nullum bonum velle vel desiderare possunt vel facere: sunt in tenebris quod nullum bonum possunt intelligere: sunt in tenebris exterioribus. quod nullum bonum possunt sperare sed sunt extra spem oculum salutis. Dato est quod ad fontem possint venire: tamen de illo fonte nec modicam guttam gratiae possent haurire: sicut per se in illo diuente quod modicam guttam aque. id est gratiae refrigerantis petunt: tamen obtinere non possunt. Si ergo demones vel daniati habent rectam potentiam receptiva gratiae et mo-

## Sermo. II.

mētū vni⁹ hore ita se disponerent q̄ ad istū fōtē veniret & aquā ḡe obtinet. Misericōrē p̄tōres q̄nīcūg voluerit venire p̄nt & tñ venire p̄tēnūt. B̄ Iste ei fōs oib⁹ p̄z tā bonis & malis de q̄ fōtē br. zacha. xiiij. Erat fōs p̄tēs domini dō & thitātib⁹ hierusalē in ablutionē p̄tōp̄ & menstruate. Per dō q̄ iterptāt manu fort̄ intelligitur actiui. Per hierlm q̄ iterptāt viso pacis intelligitur cōtēplatiu. nōle autē p̄tōp̄ intelligitur illi q̄ h̄nt p̄tā spūa lia. Per mēstruatā autē illi q̄ h̄nt pecata carnalia: oēs ei isti in isto fonte bibere deberet. s. actiu. vt ampli⁹ rōborētur. Cōtēplatiu vt dulci⁹ cōtēplētur: & oēs p̄tōres vt a sordib⁹ mūdentur. C Circa scđm notādum q̄ dñs seruis suis dat gustū ḡe/ et ille gust⁹ est tātē p̄tētis q̄ extinguit siti oīm mūdanop̄ ē tātē dulcedinis q̄ i dulcedinē p̄tētis supplicia tormentop̄: ē tātē suauitatis q̄ aīaz excitat ad de fideria supnoy. Qd̄ ei ei⁹ virt⁹ extingat sitiū mūdanop̄: pt̄z i niagdalena q̄ extinxit l̄ea siti carnalis cōcupiscētē in matheo sitiū auaricie: i paulo sitiū superbie & mūdane glie: in iacobo & iohāne extixit amo rē domesticū & amore p̄priū. nam si cur br. Mat. iiiij. Uidit iesus iacobū & iohānem in nauī cū zebedeo p̄tē eo rū & vocauit eos: illi autē mox vt senserūt gustū diu: ne ḡe reliq̄tūt amo rem terrenū: & patrē demiserūt in nauī: & sic reliquerūt amore domesticū et secuti sunt xp̄ni: nō seipso: nec p̄priās volūtates: & sic reliq̄unt amo rē p̄priū. Aug. Qui biberit de fluuiō paradise: cui⁹ gutta maior est oceano restat: vt in eo sitis mundi penit⁹ exticta sit. D Qd̄ autē dulcedo ei⁹ tormenta & supplicia vertat in dulcedinē: pt̄z i stephano q̄ lapides torrentes fecit dulces iuxta illō. Lapides torrentis illi dulces fuerūt. In andrea crucis suppliciū p̄tit i gaudiūz. Unī dixit alloquēs ipsam crucē secutus & gaudēs venio ad te. In laurētio ignis incendiū p̄tit in refriger-

